antiph. Heu me. psalmus.
Ad dominum cum tribu
larer clamaui: et exau
diuit me

Bdegaris arbor




Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis
Heu michi quia incolatus meus prolongatus est habitavi cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea
Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis
Requiem antiphona.
Heu me quia incolatus meus pro

Mentastrum.



longatus est. Ant. Dominus.
Levavi oculos meos ps.
in montes: unde veniet
auxilium michi
Auxilium meum a domino:
qui fecit celum et terram
Non det in commotionem pe
dem tuum: neq; dormiet qui cus
todit te
Ecce non dormitabit neq; dor
miet: qui custodit israel
Dominus custodit te dominus
protectio tua: super manum
dexteram tuam
Per diem sol non uret te: neq;
luna per noctem
Dominus custodit te ab omni



malo: custodiat animam tuā dominus

Dominus custodiat introitū tuum et exitum tuum: ex hoc nūc et usque in seculum

Requiem. antiphona.

Dominus custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dominus.


an. Si iniquitates. psalmus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam

Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee

Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit

Quia apud te propiciatio est



Cipreus sordi.


Satyrion.

et propter legem tuam sustinui te domine

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino

A custodia matutina usque ad noctem: speret israel in domino

Quia apud dominum mia et copiosa: apud eum redemptio

Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius

Requiem eternam. antiph.

Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit. antiph.

Opera. psalmus david

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audi

Panserolle.

sti verba oris mei

In conspectu angelorum psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo


Super misericordia tua et veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum

In quacunque die invocauero te: multiplicabis in anima mea virtutem

Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui

Et cantent in viis domini: quoniam magna est gloria

Violla alba.



Tartaria.



domini

Quoniam excelsus dominus et humilia respicit: et alta a longe cognoscit

Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et salvum me fecit dextera tua

Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias

Requiem eternam. antiphona

Opera manuum tuarum ne despicias [illegible] Audivi vocem de celo dicentem. ℣. Beati mortui

Nespulum.


qui in domino moriuntur. ant.
Omne Psalmus.
Magnificat anima mea
dominum
Et exultavit spiritus meus: in
deo salutari meo
Quia respexit humilitatem an
cille sue: ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes
Quia fecit michi magna qui
potens est: et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a proge
nie in progenies: timentibus eum
Fecit potentiam in brachio suo
dispersit superbos mente cordis
sui
Deposuit potentes de sede: et exal

Nesfle



tauit humiles
Esurientes impleuit bonis: et
diuites dimisit inanes
Suscepit israel puerum suum:
recordatus misericordie sue
Sicut locutus est ad patres
nostros: abraham et semini eius
in secula
Requiem eternam. antiphona.
Omne quod dat michi pater ad
me veniet et eum qui venit ad me
non eiciam foras. Pater noster.
Et ne nos. Sed libera. psalmus.
Lauda anima mea dominum
laudabo dominum in
vita mea: psallam deo meo
quamdiu fuero

Greces hilh.



Nolite confidere in principibz:
neqz in filiis hominum in qui
bus non est salus.
Exibit spiritus eius et reuerte
tur in terram suam: in illa die
peribunt omnes cogitationes eoz
Beatus cuius deus iacob adiu
tor eius spes eius in domino deo
ipsius qui fecit celum et terram:
mare et omnia que in eis sunt
Qui custodit veritatem in secu
lum facit iudicium iniuriam
pacientibus dat escam esurienti
bus
Dominus soluit compeditos:
dominus illuminat cecos
Dominus erigit elisos: dominus



diligit iustos
Dominus custodit advenas
pupillum et viduam suscipiet:
et vias peccatorum disperdet
Regnabit dominus in secula
deus tuus syon: in generatione
et generationem
Requiem eternam. Versus.
A porta inferi. R. Erue dne
animas eorum. V. Credo vide
bona domini R. In terra vi
uentium. V. Requiescant in
pace. R. Amen. V. Domine
exaudi. R. Et clamor. Oro.
Deus qui inter apostoli
cos sacerdotes famulos
tuos pontificali seu sacerdotali

Pes columbini.




Pie de pigeon.

fecisti dignitate vigere: presta que sumus ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Deus venie largitor. oratio. et humane salutis amator quesumus clementiam tuam ut nostre congregationis fratres sorores propinquos et omnes benefactores nostros qui ex hoc seculo transierunt beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudinis consortium pervenire concedas. oratio.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famu

Proma.




sariumq; tuarum remissione
cunctorum tribue peccatorum
Ut indulgentiam quam semper
optaverunt piis supplicatio
nibus cõsequantur. Qui vi
vis et regnas deus per omnia
secula seculorum. Amen.

Ad vigilias mortuor. Invitat.
Regem cui omnia vivunt.
Venite adoremus. psalmus.


DNS DEDIT DNS ABSTVLIT·SIT NOME DNI BN

Mala granata.



Venite exultemus dño
iubilemus deo saluta
ri nostro: preoccupe
mus faciem eius in confessione
et in psalmis iubilemus ei.
Regem cui omnia vivunt. Venite
adoremus
Quoniam deus magnus
dominus et rex magnus sup
omnes deos: quoniam non re
pellet dominus plebem suam
quia in manu eius sunt om
nes fines terre: et altitudines
montium ipse conspicit.
Venite adoremus
Quoniam ipsius est mare
et ipse fecit illud et aridam sun

Guernades Guernade



Camixpitheos.

Formauerunt manus eius: Venite adoremus et procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster nos autem populus eius et oves pascue eius

Regem cui omnia uiuunt. Venite adoremus

Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto ubi temptauerunt me patres uestri probauerunt et uiderunt opera mea.

Venite adoremus.

Quadraginta annis proxi

fle x maus.

Serfolij.



imus fui generationi huic: et dixi semper hi errant corde ipsi vero non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea: si introibunt in requiē meam.

Regem cui omnia vivunt. Venite adoremus.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis

Venite adoremus

Regem cui omnia vivunt. Venite adoremus. antr. Dirige. ps. dn.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum

Vyst? quercinus.



Intende voci orationis mee:
rex meus et deus meus
Quoniam ad te orabo domine
mane exaudies vocem meam
Mane astabo tibi et videbo: qm
non deus volens iniquitatem
tu es
Neq; habitabit iuxta te mali
gnus: neq; permanebunt in
iusti ante oculos tuos
Odisti omnes qui operantur
iniquitatem: perdes omnes q'
loquuntur mendacium
Virum sanguinum et dolosum
abhominabitur dominus: ego
autem in multitudine mise
ricordie tue

Guis de chesne

Mil'astea.



Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo

Domine deduc me in iusticia tua propter inimicos tuos: dirige in conspectu tuo viam meam

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est

Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant: iudica illos deus.

Decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritaverunt te domine

Et letentur omnes qui sperant in te: in eternum exultabunt



Species bruneta.

et habitabis in eis
Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum:
quoniam tu benedices iusto
Domine. Ut scuto bone volu
tatis tue: coronasti nos
Requiem eternam. antiphona
Dirige domine deus meus in co
spectu tuo viam meam. antiphona
Convertere. psalmus david.
Domine ne in furore tuo
arguas me: neque in ira
tua corripias me
Miserere mei domine quoniam
infirmus sum: sana me domine
quoniam conturbata sunt
ossa mea.

Et anima mea turbata est
valde: sed tu domine usquequo
Convertere domine et eripe
animam meam: salvum me
fac propter misericordiam tuā
Quoniam non est in morte
qui memor sit tui: in inferno
autem quis confitebitur tibi
Laboravi in gemitu meo
lavabo per singulas noctes
lectum meum: lacrimis meis
stratum meum rigabo
Turbatus est furore oculus
meus inveteravi inter omēs
inimicos meos
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem: qui

Bedgar.



Visc9 agrifolium.



exaudiuit dominus vocem fletus
mei

Exaudiuit dominus depreca
cionem meam. dominus oratio
nem meam suscepit

Erubescant et conturbentur ve
hementer omnes inimici mei:
conuertantur et erubescant valde
velociter

Requiem eternam. Antiphona
Conuertere domine et eripe animam
meam quoniam non est in morte
qui memor sit tui. antiphona
Nequando. Psalmus dauid.

Domine deus meus in te
speraui saluum me fac
ex omnibus persequentibus me

Castanearum.

et libera me
Nequando rapiat vt leo aīam
meam dum non est qui redimat
neqȝ qui saluum faciat
Domine deus meus si feci is
tud: si est iniquitas in manibȝ
meis
Si reddidi retribuentibus mi
chi mala: decidam merito ab in
imicis meis inanis
Persequatur inimicus aīam
meam comprehendet et concul
cet in terra vitam meam: et glo
riam meam in puluerem de
ducat
Exurge domine in ira tua: et
exaltare in finibus inimicorū



Chastaignes.

Bruier minuta.



Bruiere menue

meorum

Et exurge domine deus meus
in precepto quod mandasti: et
synagoga populorum circum
dabit te

Et propter hanc in altum
regredere: dominus iudicat po
pulos

Iudica me domine secundum
iusticiam meam: et secundum
innocentiam meam super me

Consumetur nequitia pecca
torum et diriges iustum scru
tans corda et renes deus

Iustum adiutorium meum
a domino: qui saluos facit rec
tos corde.

Espes satirione.

Deus iudex iustus fortis et pa-
ciens: nunquid irascitur per
singulos dies

Nisi conversi fueritis gladium
suum vibravit: arcum suum
tetendit et paravit illum

Et in eo paravit vasa mortis
sagittas suas ardentibus effecit

Ecce parturit iniusticiam co-
cepit dolorem et peperit iniqui-
tatem.

Lacum aperuit et effodit eum
et incidit in foveam quam fecit

Convertetur dolor eius in ca-
put eius: et in verticem ipsius
iniquitas eius descendet

Confitebor domino secundu

Erve card.

iusticiam eius: et psallam no
mini domini altissimi
Requiem eternam. antiphō.
Nequando rapiat ut leo animam
meam dum non est qui redimat
neqz qui saluum faciat. Versus.
A porta inferi. R. Erue domine
animas eorum. Pater noster.
Parce michi. Lec̄o prima.
Domine michil enim sunt
dies mei. Quid est homo q̄a
magnificas eum: aut quid ap
ponis erga eum cor tuum: Vi
sitas eum diluculo: et subito
probas illum. Usquequo non
parcis michi: nec dimictis me
ut glutiam saliuam meam:

Espece card.



Peccaui. Quid faciam tibi :
custos hominum? Quare
posuisti me contrarium tibi :
et factus sum michimet ipsi
grauis: Cur non tollis pecca
tum meum : et quare non
aufers iniquitatem meam?
Ecce nunc in puluere dormio
et si mane me quesieris non
subsistam Responsorium.
Credo quod redemptor meus viuit
et in nouissimo die de terra surrec
turus sum. Et in carne mea vide
bo deum saluatorem meum. V.
Quem visurus sum ego ipse et
non alius et oculi mei conspecturi
sunt Et in carne. Lectio secunda

Matricaria.



Tedet animam meam
vite mee: dimittam ad
versum me eloquium meum.
Loquar in amaritudine ani
me mee: dicam deo Noli me con
dempnare. Indica michi: cur
me ita iudices: Numquid bo
num tibi videtur si calumnie
ris et opprimas me opus ma
nuum tuarum: et consilium
impiorum adiuves: Numquid
oculi carnei tibi sunt: aut sic
videt homo et tu videbis: Num
quid sicut dies hominis dies
tui. et anni tui sicut humana
sunt tempora. Ut queras ini
quitatem meam: et peccatum

Florenceola.



meum seruieris. Et scias quia
nichil impium fecerim: cum
sit nemo qui de manu tua pos
sit eruere. Responsorium.
Qui lazarum resuscitasti a mo
numento fetidum. Tu eis domine
dona requiem et locum indulgẽtie
Versus. Qui venturus es iudica
re viuos et mortuos et seculum per
ignem. Tu eis. Lectio tercia.
Manus tue domine fece
runt me et plasmaue
runt me totum in circuitu: et
sic repente precipitas me. Memen
to queso q sicut lutum feceris
me et in puluerem reduces me.
Nonne sicut lac mulsisti me:

Terebintus.



et sicut caseum me coagulasti:
Pelle et carnibus vestisti me:
ossibus et nervis compegisti
me. Vitam et misericordiam
tribuisti michi: et visitatio
tua custodivit spiritum meum.
Domine quando veneris. Respons.
iudicare terram ubi me abscondam
a vultu ire tue. Quia peccavi ni-
mis in vita mea. V. Commissa
mea pavesco et ante te erubesco dum
veneris iudicare noli me condempna-
re. Quia peccavi. In secundo noct. an.
In loco pascue. Psalmus david.
Dominus regit me et ni-
chil michi deerit: in loco
pascue ibi me collocavit.

Lilium silvestrum.

Super aquam refectionis edu-
cavit me: animam meam con-
vertit
Deduxit me super semitas ius-
ticie: propter nomen suum
Nam et si ambulavero in me-
dio umbre mortis: non timebo
mala quoniam tu mecum es
Virga tua et baculus tuus: ip-
sa me consolata sunt
Parasti in conspectu meo men-
sam: adversus eos qui tribulant
me
Impinguasti in oleo caput
meum: et calix meus inebrians
quam preclarus est
Et misericordia tua subseque



Ione? marinus.



tur me: omnibus diebus vite
mee
Et ut inhabitem in domo do
mini: in longitudinem dierū
Requiem eternam. antiphona.
In loco pascue ibi me collocauit.
Delicta psalmus. D.
Ad te leuaui animam
meam: deus meus in te confi
do non erubescam
Neqꝫ irrideant me inimici
mei: etenim universi qui susti
nent te non confundentur
Confundantur omnes ini
qua agentes superuacue
Vias tuas domine demonstra
michi: et semitas tuas edoce me

Papirus.

Dirige me in veritate tua et
doce me: quia tu es deus salua
tor meus: et te sustinui tota die
Reminiscere miserationum
tuarum domine et misericor
diarum tuarum que a seculo
sunt
Delicta iuventutis mee et
ignorantias meas ne memi
neris
Secundum misericordiam
tuam memento mei tu: pro
pter bonitatem tuam domine
Dulcis et rectus dominus:
propter hoc legem dabit delin
quentibus in via
Diriget mansuetos in iudi

Macium.

Ysopi agrescie.



cio: docebit mites vias suas
Vniuerse vie domini mia
et veritas requirentibus testa
mentum eius: et testimonia
eius
Propter nomen tuum dne
propiciaberis peccato meo:
multum est enim
Quis est homo qui timet do
minum: legem statuit ei in
via quam elegit
Anima eius in bonis demo
rabitur et semen eius heredi
tabit terram
Firmamentum est dominus
timentibus eum: et testamen
tum ipsius vt manifestetur.

Ats quia digiti m:

illis

Oculi mei semper ad dnm:
quoniam ipse euellet de laque
o pedes meos

Respice in me et miserere
mei: quia unicus et pauper
sum ego

Tribulationes cordis mei
multiplicate sunt: de necessi
tatibus meis erue me

Vide humilitatem meam
et laborem meum: et dimitte
uniuersa delicta mea

Respice inimicos meos qui
multiplicati sunt: et odio ini
quo oderunt me

Custodi animam meam et erue me




Blanchrola.



non erubescam: quoniam spe
raui in te
Innocentes et recti adheserunt
michi: quia sustinui te
Libera deus israel: ex omni
bus tribulationibus suis
Requiem eternam. antiph.
Delicta iuuentutis mee et igno
rantias meas ne memineris dne
antiph. Credo videre. ps.
Dominus illuminatio
mea: et salus mea que
timebo
Dominus protector vite mee
a quo trepidabo
Cum appropiant super me
nocentes: ut edant carnes meas

Iuniperus.



Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum

Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo

Unam petii a domino hanc requiram: ut inhabitem in domo domini: omnibus diebus vite mee

Et videam voluntatem domini: et visitem templum eius

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum protexit me: in abscondito tabernaculi sui

Tithimali maior.



Titimali grec.

In petra exaltauit me et nunc
exaltauit caput meum super
inimicos meos
Circuiui et immolaui in ta
bernaculo eius hostiam vocifera
cionis: cantabo et psalmum di
cam domino
Exaudi domine vocem mea
quia clamaui ad te: miserere
mei et exaudi me
Tibi dixit cor meum exquisi
uit te facies mea: faciem tuam
domine requiram
Ne auertas faciem tuam a me
ne declines in ira a seruo tuo
Adiutor meus esto domine
ne derelinquas me: neqz despicia

as me deus salutaris meus
Quoniam pater meus et
mater mea dereliquerunt me
dominus autem assumpsit me
Legem pone michi domine
in via tua et dirige me in semi
ta recta: propter inimicos me
Ne tradideris me in animas
tribulantium me quoniam
insurrexerunt in me testes ini
qui: et mentita est iniquitas
sibi
Credo videre bona domini:
in terra viventium
Expecta dominum viriliter
age et confortetur cor tuum:
et sustine dominum

Plantago



Scariola



Requiem eternam antipho[na]
Credo videre bona domini in terra
viventium. Versus. Collocet eos
dominus cum principibus.
Cum principibus populi sui
Pater noster. Lectio quarta.
Responde michi. Quan-
tas habeo iniquitates
et peccata: scelera mea atque de-
licta ostende michi. Cur faciem
tuam abscondis: et arbitraris
me inimicum tuum. Contra
folium quod vento rapitur
ostendis potentiam tuam: et
stipulam siccam persequeris.
Scribis enim contra me ama-
ritudines: et consumere me

vis peccatis adolescencie mee.
Posuisti in neruo pedem meu:
et obseruasti omnes semitas me
as: et vestigia pedum meorum
considerasti. Qui quasi putre
do consumendus sum: et quasi
vestimentum quod comeditur
a tinea. Responsorium.
Memento mei deus quia ventus est
vita mea. Nec aspiciat me visus hois
Versus. De profundis clamaui
ad te domine domine exaudi vocem
meam. Nec aspiciat. Lectio V.
Homo natus de muliere
breui viuens tempore
repletur multis miseriis. Qui
quasi flos egreditur et conteritur

Mentastrum.



Cruciata



et fugit velut umbra: et nunq̄
in eodem statu permanet. Et
dignum ducis super huiusce
modi aperire oculos tuos: et ad
ducere eum tecum in iudiciū:
Quis potest facere mundū
de immundo conceptum semi
ne: Nonne tu qui solus es: Bre
ves dies hominis sunt nume
rus mensium eius apud te est
Constituisti terminos eius q̄
preteriri non poterunt. Recede
ergo paululum ab eo ut quies
cat donec optata veniat: et sic
mercenarii dies eius. Responsorium.
Heu michi domine quia peccaui
nimis in vita mea quid faciam

miser ubi fugiam nisi ad te deus meus.
miserere mei. Dum veneris in noui
ssimo die. Vsue. Anima mea tur
bata est sed tu domine succurre ei.
Dum veneris. Lectio sexta.
Quis michi hoc tribuat ut
in inferno protegas me
et abscondas me donec pertran
seat furor tuus: et constituas
michi tempus in quo recorderis
mei? Putasne mortuus homo
rursum vivat? Cunctis diebus
quibus nunc milito expecto do
nec veniat immutatio mea.
Vocabis me et ego respondebo
tibi. Operi manuum tuarum
porriges dexteram. Tu quidem

Species buglosse





Testiculos sacerdoti

Mare soleil

gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Responsor. Ne recorderis peccata mea domine Dum veneris iudicare seculum per ignem. Versus Dirige domine deus in conspectu tuo viam mea. Responsor. Dum veneris. antiphon. Complaceat. Psalmus david

Expectans expectavi dominum: et intendit michi

Et exaudivit preces meas de lacu miserie: et de luto fecis

Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos

Et immisit in os meum

Matricarie



canticum novum : carmen
deo nostro
Videbunt multi et timebunt
et sperabunt in domino
Beatus vir cuius est nomē
domini spes eius: et nō respexit
in vanitates et insanias falsas
Multa fecisti tu domine deus
meus mirabilia tua et cogita
cionibus: non est qui similis
sit tibi
Annunciavi et locutus sū:
multiplicati sunt super nume
rum
Sacrificium et oblationem
noluisti: aures autem perfe
cisti michi.

Rostrum porci ?



Holocaustum et pro peccato
non postulasti: tunc dixi ecce
venio
In capite libri scriptum est
de me ut facerem voluntatem
tuam deus meus volui: et legem
tuam in medio cordis mei
Annunciavi iusticiam tuã
in ecclesia magna: ecce labia
mea non prohibebo domine
tu scisti
Iusticiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuã
et salutare tuum dixi
Non abscondi misericordiã
tuam et veritatem tuam: a cõsilio multo.

Tu autem domine ne longe
facias miserationes tuas a
me: misericordia tua et veri
tas tua semper susceperunt me
Quoniam circumdederunt
me mala quorum non est
numerus: comprehenderunt
me iniquitates mee: et non
potui ut viderem
Multiplicate sunt super ca
pillos capitis mei: et cor meum
dereliquit me
Complaceat tibi domine:
ut eruas me domine ad adiu
uandum me respice.
Confundantur et reuerean
tur simul qui querunt animam



Aristolagia loga



meam: Ut auferant eam
Convertantur retrorsum
et revereantur: qui volunt mi
chi mala
Avertant confestim confusio
nem suam: qui dicunt michi
euge euge
Exultent et letentur super te
omnes querentes te: et dicant
semper magnificetur dominus:
qui diligunt salutare tuum
Ego autem mendicus et
pauper sum: dominus sollici
tus est mei
Adiutor meus et protector
meus tu es: deus meus ne tar
daveris



Bursa pastor
Requiem eternam. antipho.
Complaceat tibi domine ut eruas me domine ad adiuvandum me respice. ant. Sana domine. ps xl.
Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus
Dominus conservet eum et vivificet eum et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animas inimicorum eius
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: universum stratum versasti: in infirmitate eius
Ego dixi domine miserere
Burse pastoral.

Mora celsi



mei: sana animam meam q̄a
peccaui tibi
Inimici mei dixerunt mala
michi: quando morietur et peri
bit nomen eius
Et si ingrediebatur ut videret
vana loquebatur: cor eius con
gregabit iniquitatem sibi
Egrediebatur foras et loque
batur in idipsum
Aduersum me susurrabant
omnes inimici mei: aduersum
me cogitabant mala michi
Verbum iniquum constitue
runt aduersum me: numquid
qui dormit non adiiciet ut resur
gat

Palma

Etenim homo pacis mee in
quo speravi qui edebat panes meos
magnificavit super me supplan
tationem
Tu autem domine miserere
mei et resuscita me: et retribuam
eis
In hoc cognovi quoniam vo
luisti me: quoniam non gaude
bit inimicus meus super me
Me autem propter innocentiam
suscepisti et confirmasti me: in
conspectu tuo in eternum
Benedictus dominus deus is
rael: a seculo et in seculum fiat
fiat
Requiem eternam. antiphona

Jeune palme.

Cartamus


Sana domine animam meam q̄a
peccaui tibi. ant. Sitiuit. ps.
Quemadmodum desiderat
ceruus ad fontes aqua
rum: ita desiderat anima mea
ad te deus
Sitiuit anima mea ad deum
fortem viuum: quando veniam
et apparebo ante faciem dei
Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte: dum dicitur
michi quotidie Vbi est de⁹ tuus
Hec recordatus sum et effudi
in me animam meam quoniam
transibo in locum tabernaculi
admirabilis vsq; ad domum dei
In voce exultationis et confes

Pata lupina

sionis sonus epulantis

Quare tristis es anima mea et quare conturbas me

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est propterea memor ero tui de terra iordanis et hermonim: a monte modico

Abyssus abyssum invocat: in voce cathraractarum tuarum

Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me transierunt

In die mandavit dominus misericordiam suam: et nocte canticum eius:

Bassinetz.

Atriples.



Apud me oratio deo vite mee
dicam deo susceptor meus es
Quare oblitus es mei et qua
re contristatus incedo: dum
affligit me inimicus
Dum confringuntur ossa
mea exprobraverunt michi:
qui tribulant me inimici mei
Dum dicunt michi per sin
gulos dies: Ubi est deus tuus
Quare tristis es anima mea
et quare conturbas me
Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi: salutare vultus
mei et deus meus
Requiem eternam. antiphona.
Sitivit anima mea ad deum fo[r]te

Purpurea

viuum quando veniam et apparebo
ante faciem domini. Versus. Ne
tradas bestiis animas confitentes
tibi. Respons. Et animas paupe
rum tuorum ne obliviscaris in fine.
Pater noster. Et ne nos. Lectio viii
Spiritus meus attenua
bitur: dies mei breuia
buntur et solum michi super
est sepulcrum. Non peccaui et
in amaritudinibus moratur
oculus meus. Libera me domine
et pone me iuxta te: et cuiusuis
manus pugnet contra me.
Dies mei transierunt: cogita
tiones mee dissipate sunt tor
quentes cor meum. Noctem



Lactucea



Verterunt in diem: et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est: et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi Pater meus es: mater mea: et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea: et patientia mea tu es domine deus meus. Responsorium

Peccantem me cotidie et non me penitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio miserere mei deus et salva me. Versus. Deus in noīe tuo salvum me fac et in virtute tua libera me ℟. Quia in

Urtica mortua



inferno. Lectio octaua.
Pelli mee consumptis car-
nibus adhesit os meum: et de-
relicta sunt tantummodo la-
bia mea circa dentes meos
Miseremini mei miseremini
mei saltem vos amici mei quia
manus domini tetigit me.
Quare persequimini me sic
deus: et carnibus meis satura-
mini: Quis michi tribuat:
Ut scribantur sermones mei
Quis michi det ut exarentur
in libro stillo ferreo aut plum-
bi lamina vel celte sculpantur
in silice: Scio enim quod redemptor
meus vivit: et in novissimo.

Aliu domesticu.



de terra surrecturus sum: et
rursum circumdabor pelle mea:
et in carne mea videbo deum
salvatorem meum. Quem
visurus sum ego ipse et oculi
mei conspecturi sunt: et non a
lius. Reposita est hec spes mea
in sinu meo. Responsorium
Domine secundum actum meu
noli me iudicare nichil dignum
in conspectu tuo egi: ideo deprecor
maiestatem tuam. Ut tu deus de
leas iniquitatem meam. Vers.
Amplius lava me domine ab in
iusticia mea et a delicto meo mūda
me. R. Ut tu de. Lectio nona.
Quare de vulva eduxisti me

Morsus galine

qui utinam cosumptus essem:
ne oculus meus videret fuissem
quasi non essem de utero transla
tus ad tumulum. Numquid nō
paucitas dierum meorum fini
etur breui: Dimicte ergo me
domine ut plangam paululū
dolorem meum antequā vadum
et non reuertar ad terram tene
brosam et opertam mortis cali
gine. Terram miserie et tenebra
rum: ubi umbra mortis et nul
lus ordo: sed sempiternus horor
in habitans. Responsorium.
Libera me domine de morte eterna
in die illa tremenda. Quando celi
mouendi sunt et terra. Dum veneris





iudicare seculum per ignem. Versus
Dies illa dies ire calamitatis et
miserie dies magna et amara valde
R. Quando celi. Versus. Tremens
factus sum ego et timeo dū discussio
venerit atq; ventura ira. Respons.
Quando. Versus. Quid ergo mi-
serrimus quid dicam vel quid faciā
dum nil boni perferam ante tantū
iudicem. Quando celi. Versus.
Vix iustus salvabitur et ego miser
ubi parebo. R. Dum veneris. V.
Requiem eternam dona eis domine
et lux perpetua luceat eis R. Quando
Versus. Creator omnium rerum
deus qui me de limo terre formasti
et mirabiliter proprio sanguine

Cepe

redemisti corpus q3 meum licet mo
do putrescat de sepulcro facias i die
iudicii resuscitari. exaudi exaudi ex
audi me. Ut animam meam in
sinu abrahe patriarche tui iubeas
collocari. Respons. Libera me dne
Versus. Audivi vocem de celo di
centem. Respons. Beati mortui
qui in domino moriuntur.
In laudibus antiphona.
Exultabunt. Psalmus david.
Miserere mei deus secundu
magnam misericordiam tuam
Et secundum multitudinem
miserationum tuarum: dele ini
quitatem meam
Amplius lava me domine ab

Oignona.



iniquitate mea: et a peccato meo
munda me
Quoniam iniquitatem meam
ego cognosco: et peccatum meum
contra me est semper
Tibi soli peccavi et malum co
ram te feci: Ut iustificeris in ser
monibus et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum: et in peccatis cō
cepit me mater mea
Ecce enim veritatem dilexisti
incerta et occulta sapientie tue
manifestasti michi
Asperges me domine ysopo et
mundabor: lavabis me et sup
nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium
et leticiam: et exultabunt ossa
humiliata
Averte faciem tuam a peccatis
meis: et omnes iniquitates me
as dele
Cor mundum crea in me deus
et spiritum rectum innova in
visceribus meis
Ne proicias me a facie tua:
et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me
Redde michi leticiam saluta
ris tui: et spiritu principali con
firma me
Docebo iniquos vias tuas: et
impii ad te convertentur

Paritaria



Gp̃es metastrũ.



Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee: et exulta
bit lingua mea iusticiã tuam
Domine labia mea aperies:
et os meum annunciabit lau
dem tuam
Quoniam si voluisses sacrifi
cium dedissem: utiq; holocau
stis non delectaberis
Sacrificium deo spiritus con
tribulatus: cor contritum et hu
miliatum deus non despicies
Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon: ut edificen
tur muri ihierusalem
Tunc acceptabis sacrificium
iusticie: tunc imponent super.



altare tuum vitulos
Requiem eternam. antiphona
Exultabunt domino ossa humi
liata. ps. Exaudi dne.
Te decet hymnus deus in
syon: et tibi reddetur votu
in ierusalem
Exaudi deus orationem mea
ad te omnis caro veniet
Verba iniquorum prevalue
runt super nos: et impietatibus
nostris tu propiciaberis
Beatus quem elegisti et assu
psisti: inhabitabit in atriis tuis
Replebimur in bonis domus
tue: sanctum est templu tuum
mirabile in equitate



Exaudi nos deus salutaris noster spes omnium finium terre et in mari longe

Preparans montes in virtute tua accinctus potentia qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius

Turbabuntur gentes et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis

Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam

Flumen dei repletum est aquis parasti cibum illorum: quoniam ita est preparatio eius

Scolopendria

Rivos eius inebrians multi
plica genimina eius: in stilli
cidiis eius letabitur germinas
Benedices corone anni beni
gnitatis tue: et campi tui re
plebuntur ubertate
Pinguescent speciosa deserti:
et exultatione colles accingentur
Induti sunt arietes ovium
et valles habundabunt frumen
to: clamabunt etenim hym
num dicent
Requiem eternam.
Exaudi domine orationem mea
ad te omnis caro veniet. ant:
Me suscepit. psalmus
Deus deus meus ad te de




luce vigilo
Sitivit in te anima mea: quam
multipliciter tibi caro mea
In terra deserta in via et in
aquosa sic in sancto apparui
tibi ut viderem virtutem tuam
et gloriam tuam
Quoniam melior est misericordia
tua super vitas: labia mea
laudabunt te
Sic benedicam te in vita mea
et in nomine tuo levabo ma
nus meas
Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea: et la
biis exultationis laudabit os
meum

Sic memor fui tui super stra-
tum meum in matutinis me-
ditabor in te: quia fuisti adiu-
tor meus

Et in velamento alarum tu-
arum exultabo adhesit anima
mea post te: me suscepit dexte-
ra tua

Ipsi vero in vanum quesierunt
animam meam introibunt
in inferiora terre: tradentur in
manus gladii partes vulpium
erunt

Rex vero letabitur in deo lau-
dabuntur omnes qui iurant
in eo: quia obstructum est os
loquentium iniqua



Marsilium.



Deus misereatur nostri et be-
nedicat nobis: illuminet vul-
tum suum super nos: et mise-
reatur nostri.
Ut cognoscamus in terra via
tuam: in omnibus gentibus
salutare tuum.
Confiteantur tibi populi deus:
confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes
quoniam iudicas populos in
equitate: et gentes in terra di-
rigis.
Confiteantur tibi populi deus:
confiteantur tibi populi omnes:
terra dedit fructum suum.
Benedicat nos deus deus no-

Espèces sene

benedicat nos deus: et metuant
eum omnes fines terre
Requiem eternam antiphona.
Me suscepit dextera tua domine.
antiphona. A porta inferi. ps.
Ego dixi in dimidio die
rum meorum: vadam
ad portas inferi
Quesivi residuum annorum
meorum: dixi non videbo domi
num in terra viventium
Non aspiciam hominem
ultra: et habitatorem quietis
Generatio mea ablata est et
convoluta est a me: quasi ta
bernaculum pastorum
Precisa est velut a texente vi[ta]

Baguenaudes



mea dum adhuc ordirer succi
dit me: de mane usque ad vesperam
finies me
Sperabam usque ad mane quasi
leo: sic contrivit omnia ossa mea
De mane usque ad vesperam
finies me: sicut pullus hirun
dinis sic clamabo meditabor
ut columba
Attenuati sunt oculi mei: sus
picientes in excelso
Domine vim patior responde
pro me: quid dicam aut quid
respondebit michi: cum ipse
fecerim
Recogitabo tibi omnes annos
meos: in amaritudine anime mee

Ros marinus.

Domine si sic vivitur et in
talibus vita spiritus mei cor-
ripies me et vivificabis me:
ecce in pace amaritudo mea
amarissima
Tu autem eruisti animam
meam ut non periret: proieci
sti post tergum tuum omnia
peccata mea
Quia non infernus confite
bitur tibi neque mors laudabit
te: non expectabunt qui descen
dunt in lacum veritatem tuam
Vivens vivens ipse confite
bitur tibi sicut et ego hodie pa
ter filiis notam faciet veritatem
tuam




Romarin.



Domine saluum me fac: et
psalmos nostros cantabimus
cunctis diebus vite nostre: in
domo domini
Requiem eternam. antiphona.
A porta inferi erue domine animas
eorum. ant. Omnes spus. ps.
Laudate dominum de ce
lis: laudate eum in ex
celsis
Laudate eum omnes angeli
eius: laudate eum omnes virtu
tes eius
Laudate eum sol et luna: lau
date eum omnes stelle et lumen
Laudate eum celi celorum et
aque que super celos sunt laudet

nomen domini
Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt
Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptu posuit et non preteribit
Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi
Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: qui faciunt verbum eius
Montes et omnes colles ligna fructifera et omnes cedri
Bestie et universa pecora: serpentes et volucres pennate
Reges terre et omnes populi principes: et omnes iudices terre

Crassula minor





Iuvenes et virgines senes cum
iunioribus laudent nomen domini:
quia exaltatum est nomen eius
solius
Confessio eius super celum et
terram: et exaltavit cornu po
puli sui
Hymnus omnibus sanctis
eius: filiis israel populo appro
pinquanti sibi
Cantate domino canticum
novum: laus eius in ecclesia
sanctorum
Letetur israel in eo qui fecit
eum: et filie syon exultent i rege
suo
Laudent nomen eius in choro

Mitas de saule.

Resta bovis



in tympano et psalterio psallant
ei
Quia beneplacitum est domino
in populo suo: et exaltavit man
suetos in salutem
Exultabunt sancti in gloria
letabuntur in cubilibus suis
Exultationes dei in gutture eo
rum: et gladii ancipites in ma
nibus eorum
Ad faciendam vindictam in
nationibus increpationes in po
pulis
Ad alligandos reges eorum in
compedibus: et nobiles eorum
in manicis ferreis
Ut faciant in eis iudicium con

Melissea



scriptum: gloria hec est omnibus
sanctis eius
Laudate dominum in sanctis
eius: laudate eum in firmamento
virtutis eius
Laudate eum in virtutibus
eius: laudate eum secundum mul
titudinem magnitudinis eius
Laudate eum in sono tube: lau
date eum in psalterio et cythara
Laudate eum in tympano et
choro: laudate eum in cordis et
organo
Laudate eum in cymbalis be
ne sonantibus: laudate eum in
cymbalis iubilationis: omnis
spiritus laudet dominum

Gpes calandula



Requiem eternam. antiphona
Omnes spiritus laudet dnm. Vsus.
Audivi vocem de celo dicentem. R.
Beati mortui qui in domino mo
riuntur. anti. Ego sum. ps. W.
Benedictus dominus deus
israel: quia visitavit et
fecit redemptionem plebis sue
Et erexit cornu salutis nobis
in domo david pueri sui
Sicut locutus est per os sanctor
qui a seculo sunt prophetarum ei?
Salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium qui ode
runt nos
Ad faciendam misericordia
cum patribus nostris: et memo

Flores piperi



rari testamenti sui sancti
Iusiurandum quod iuravit
ad abraham patrem nostrum:
daturum se nobis
Ut sine timore de manu ini
micorum nostrorum liberati:
serviamus illi
In sanctitate et iusticia cora
ipso: omnibus diebus nostris
Et tu puer propheta altissimi
vocaberis: preibis enim ante fa
ciem domini: parare vias eius
Ad dandam scientiam salutis
plebi eius: in remissionem pecca
torum eorum
Per viscera misericordie dei nostri: in
quibus visitavit nos oriens ex

Lactica

alto

Illuminare his qui in tene
bris et in vmbra mortis sedent:
ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis

Requiem eternam. antiphona

Ego sum resurrectio et vita qui
credit in me etiamsi mortuus fue
rit viuet et omnis qui viuit et credit
in me non morietur in eternum.
Pater noster. Et ne nos. Sed libera

De profundis psalmus.
clamaui ad te domine:
dne exaudi vocem meam
Fiant aures tue intendentes
in vocem deprecationis mee
Si iniquitates obseruaueris

Laitue.

Siccamour.



domine: dñe quis sustinebit
Quia apud te propiciatio est
et propter legem tuam sustinui
te domine
Sustinuit anima mea in
verbo eius: speravit anima mea
in domino
A custodia matutina usque ad
noctem: speret israel in domino
Quia apud dominum mia
et copiosa: apud eum redemptio
Et ipse redimet israel ex oībus
iniquitatibus eius
Requiem eternam. Versus.
A porta inferi. ℟. Erue domine
animas eorum. ℣. Dñe exaudi.
℟. Et clamor. Oratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: presto quesumus ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Oratio.

Deus venie largitor et humane salutis amator quesumus clementiam tuam ut nostre congregationis fratres sorores propinquos et benefactores nostros qui ex hoc seculo transierunt beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudinis consortium pervenire concedas. Per. Oratio.


Fumus terre




Lauda



Fidelium deus omnium
conditor et redemptor
animabus famulorum fa
mularum qz tuarum remis
sionem cunctorum tribue pec
catorum: Ut indulgentiam
quam semper optaverunt piis
supplicationibus consequan
tur. Qui vivis et regnas
in unitate spiritus sancti deus
Per omnia secula seculorum
Amen.



Vna nigra.



De la benoiste trinite.

Benedicta sit creatrix et gubernatrix omnium sancta et individua trinitas et nunc et semper et per infinita seculorum secula. Versus. Sit nomen domini benedictum. Responsorium. Ex hoc nunc et usque in seculum.

Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere et in potencia maiestatis adorare unitatem: quesumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per xpm dnm nostrum. Amen.

Raisins noirs.

Menuta



De la diuine sapience. ant.

Da michi domine sedium tuarum assistricem sapientiam ut sciam et te-
lum ac perficiam quod acceptum sit co-
ram te omni tempore. Versus. Diri-
gatur domine oratio mea. Responsor.
Sicut incensum in conspectu tuo.

Oremus. Oratio.

Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctum multiplica super nos misericordiam tuam ut te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia ut non amittamus eterna. Per xpm dominum nostrum. Amen.


Grands esclere.



Grossa fesate.

✠ Benedicat me deus pater qui
me de nichilo creavit.
✠ Benedicat me deus filius qui
me suo proprio sanguine reparavit
✠ Benedicat me deus spiritus
sanctus: cuius me semper letificet
pie cōsolationis infusio.
Le chapellet de nostre seigneur.
Jesu piissime salvator
mundi miserere mei.
Et se dit dix cinquante foiz a-
vec cinq ave maria. Loraisō du pu-
Deus propicius esto michi blicain.
peccatori.
Loraison des dix ladres.
Jesu preceptor miserere nostri.
Loraison de laveugle.

Grosses pensees



Iesu fili dauid miserere
mei.
Loraison de la chananee.
Domine adiuua me.
Iesu nazarene rex iudeo
rum miserere mei.







Oraisons de nostre dame: et
m quans pardons pour les dire-

Ave sanctissima maria mater
dei regina celi porta paradisi domina
mundi pura singularis. Tu es
virgo. Tu concepisti ihesum sine pec
cato. Tu peperisti creatorem et salva
torem mundi in quo non dubito.
